

buerint, obscurissimas reddiderint, concisis adeo verbis, omniq[ue] s[ecundu]m veste derrobata; expunctis & rejectis hinc proximiis, inde connexis & coherentibus, quae magnam vim habent ad intellectum legum: omissa eadem, atque a corpore suo divulsa, summam obscuritatem pariunt. Nolo etiam adeo hic urgere leges totidem fere verbis repetitas sub eodem etiam titulo, uti l. 143. 144. de decurionibus; vel sub diversis titulis, quarum indiculus hic esto, pariter ut repetitarum Constitutionum in libris Iuris Justinianei indiculum alii consecere, inter quos Pancirolus I. var. 78. & postquam leges 13. recensuisset, subiungit: Renovatas etiam leges repetitasq[ue] in eandem sententiam, vel ab eodem Imperatore vel a posterioribus Principibus nolim hic ideo carpere. Contrarias quoque tot leges, sese invicem destruentes abrogantesque hic positas, haud ideo reprehendere velim... Nolim etiam arguere tot similes in eandem sententiam... Ab utroque certe, quantum potuit, sibi postea cavit Julianus, cui id facilius erat, quam omnia ad suam mentem refingeret, & tamen nec quicquam cavit, quin multæ similes & contrarie exciderint. At sequentia in his Codicis conditoribus quis ferat? Primo quidem, quod impias leges plures in eum retulerunt: quam tamen hujus Codicis condendi studium idea in se receperunt, ut inde ad forum & quotidianas advocationes jura peterentur, in jure proferrentur, vim legis obtinerent. Non illud jam argeo, quod, in illis Julianum Divi appellatione dignari videamus: item quod conditores, ejusdem Juliani passim, constitutiones haud obscure Christianorum Principum Constitutionibus & instituto contrarias, huc retulerint. Verum illas nunc constitutianes urgeo, quae expressam impietas notam hodie continent: ut Constantini Magni, Lib. I. de paganis de licito haruspicina usu: ut & Valentini Señioris de cuiusque religionis libertate, ejusdemque haruspicina tolerantia, lib. 2. 3. 9. de malef. & mathem: quæ esti tum, quam ferrentur, tolerabiles erant, nondum re Christiana in solio solidoque prorsus locata, poscea tamen verso rerum statu, expunctas eas oportuit, & ab eo-